

De Quæstionibus Arithmet.&c. 175

aut magna orbis desolationes ostendit. Cubus autem 12. minorem mutationem declarat in qua leges finiuntur aut reformantur ex toto & est in 1728. minime autem mutationes finiunt principatus & lineas dominantium & sunt in 512. annis qui est cubus 8. porro alia latera nec sua virtute carent sed cubis & quadratis distinguntur. nam 81. qui est quadratus de 9. vitam & fortitudinem hominis terminat, iuxta illud dies nostri ad plurimum octoginta cubus autem eius mutationes regionum ostendit, ita tan-

Simples,	Quadrati,	Cubi,
1	1	1
2	4	8
3	9	27
4	16	64
9	81	729
8	64	512
27	729	19683
1	64	512
12	144	1728
18	324	5832
27	729	19683
Anima,	Mundi,	Finis.
84		46656


dem ne prolixior sim quam deceat vltima & breuissima mutatio ad 1. qui est cubus sui met terminatur, annua enim solis reuersione cuncta reuiuiscunt aut flacescunt, erunt igitur numeri consideratione digni 27. nouem simplices nouem quadrati & nouem cubi verum licet ordinum diuerforum aliqui simul conuiscant manet tamen solida numerorum series, a que multitudo distribuemus igitur eos in tres ordines tribus quaternariis omnino distinctos, vt vides ac ordine directo sibi inferuientes, colliges autem & mundi animam ex priorum 9. coacervatione numerorumque erit 84. & numerum quendam ex omnium multiplicatione prodeuntem in quo nihil prioris sæculi tanquam omnino non fuisset relinquetur & licet est. 46656.

Planetarum autem circuitus in imparium latere constat. Nam primo numero qui est 1. circuitus Solis, Veneris, & Mercurij constat singulis enim annis reuertuntur. Mars autem secundum locum possidet, nam tertio anno reuertitur. Porro si addas 3. ad 9. qui tertio loco est Iouis cursus conficitur qui in duodecimo anno perficitur. Adde 3. etiam ad 27. fit 30. qui est annus in quo Saturnus ad locum suum reuertitur. Sed si 1. & 27. iungantur Lunæ perficitur Cursus 28. enim diebus Luna ad locum eundem retrocedit est igitur motus Iouis pronicha productio minor de 3. quæ est 12. Saturni pronicha media quæ est 30. mundi anima pronicha maior productio quæ est 84. provt in quinquagesimoprmo capitulo exemplificauimus.

Verum id in quo Senarium numerum principem constituit ac per 8. & 27. deducto extrema disponit 48. & 162. ad musicam pertinet consonantiam. Vnde interualla per voces replet exoritur enim musica proportionalitas vt visum est tum ex Geometrica tum Arithmetica proportionalitate.

Verum nec illud prætereundum erit 46656. quadratum esse cubi, 6. cum iterum

216. cubum 6. in 46656. duxeris tunc fiet completus omnium sæculorum ordo atque ad pristinum cuncta redibunt aut denuo mundus generabitur aut omnino interibit posito sine vicissitudinis, nam tunc cubus cubi 6. perfectissimi numeri ac primi ab unitate mundumque hunc referentis absolutus erit.



Tertius autem ordo quo mundi anima constat ex omnibus numeris consonantibus perficitur per 6. facta priorum multiplicatione in hoc mundi anima harmonicè consistit, nam & tonus & diatessaron & diapente & diapason quatergeminatum inuenitur fundamento, Arithmeticè consistente in proportionalitate continua vnde quaque autem denarius perficitur vocum, vnde interualla nouem. Porro aggregatum ipsum erit 716. anima eadem igitur Harmonicè est 716. Geometricè 576. Arithmeticè 84.

Inuenias quatuor quantitates continue proportionales quarum prima ducta in secundam & productum in tertiam & productum in quartam faciat 81. & ex producto primæ in secundam fiat 6. tunc regula est quia tu scis quod productum primæ in secundam & in tertiam & in quartam est æquale quadrato producti secundæ in tertiam igitur productum secundæ in tertiam est 9. quod est $\frac{81}{9}$. & iam productum secundæ in primam est 6. igitur talium quantitatuum videlicet tertiarum & primarum est proportio veluti 9. ad 6. per vigesimam octauam regulam quadragesimisecondi capituli & quia secunda est medio modo proportionalis igitur secunda erit veluti $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 54$. multiplicando 9. in 6. fit 54. & quia ex secunda in primam fit 6. accipias igitur primam 6 co. & secunda erit co. $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 54$. multiplica inuicem fiunt ce. $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 1944$ & hoc est æquale 6. igitur diuide 6. per $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 1944$. exeunt $\frac{6}{1944} = \frac{1}{324}$ & hic est valor census & ideo la co. valet $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 1944$ & quia posui 6 co. in positione igitur prima quantitas est $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 24$. & quia ex prima in secundam fit 6. igitur diuiso 6. per $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 24$. exit $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 54$. & tertia erit diuiso 9. per $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 54$. $\frac{81}{9} \cdot \frac{6}{9} = 12 \frac{1}{2}$ & ita inuenies quartum.

Inuenias quatuor numeros continue proportionales quorum primus in secundum ductus deinde productum in tertium & iterum productum in quartum faciat 64. & primus cum quarto faciat iunctus 9. tu scis